

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Sextus fons inuentionis, testimonia veterum. VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*Quintus fons inventionis, emblemata.*

## C A P V T V I I .

**V**T est imaginum ubique amans huma-  
num ingenium, vix ad necessitatem in-  
uenta multa humane vitae subsidia, paries,  
pauimenta, domus, vestes, vasa cum coepe-  
runt varijs figuris, & imaginibus collustrari.  
Hinc in parietibus vermiculata, in pauimen-  
tis tessellata, in lignis segmentata, in vasis or-  
namenta, in clypeis admirabiles calatura,  
quaꝝ paulatim postquam ad elegantiora de-  
fluere coeperunt ingenia, eruditis argumentis  
dictisque sententiosis enituerunt. Hæc em-  
blemata, quaꝝ eum hæroglyphicis in eo con-  
uenient, quod symbolorum naturam habe-  
ant, differunt vero, quod rem sublati ænig-  
matum velis purius, liquidiusque propontant.  
In hoc genere præclara, & arguta iuserunt  
ingenia, vt ex varijs Imperatorum, illustri-  
usque virorum symbolis licet colligere, ex  
quibus plerumque lepida, & suavis affluit e-  
ruditione. Magnifica imprimis fuerunt vexillo-  
rum, clypearumque symbola, qualia sunt, que  
apud AEschylum in tragedia de sepiem ad  
Thebas commemorantur, & ab Homero, &  
Virgilio in Heroum clypeis describun-  
tur. Hunc morem ab heroicis ductum tem-  
poribus posteri constantissime retinuerunt,  
& in eo præcipue Athenienses Θλωσθοι, quos  
irridens Lacon, muscam pro omni  
emblamate, canique minutis fineis incisam  
scupi curauit in clypeo. Cuius rei causa cum  
ab eo rogaretur, Iam prop̄ inquit, ad hos-  
sum acceſſurus, ut vel muscam nostram dif-  
pice posſit. Post vexilla & clypeos locum si-  
gillis affligemus: nulla gens, nullus Impera-  
tor, nullus penè prinatus, qui sibi peculiare  
symbolum non affectauit. Nihil hic opus est  
Periarum aquilas aureas, noctuas Athenien-  
sium, Thebanorum sphinges commemorare.  
Quid ea, quaꝝ de Augusto seruntur? quam e-  
legantiam habent, qui maturitatem in rebus  
gerendis ostendurus, in altera numimi parte,  
quem cudi iuserat, papilionem vna cum flu-  
uiatili cancero cælari voluit, vt festinandum  
lente moneret. Mæcenas ille doctorum fau-  
tor, & parentis ranam usurpanit (vt nonnulli  
volunt) Scriphiam ad commendandam silentij religionem. Carolus V. Imperator pro im-  
peratorio iure habuit symbolum sibi pecu-  
liare, duas Herculi columnas cum lemma-

te, & ultra. Hæc exempli cauſa commemo-  
rata sint, licet infinita ex symbolis imperato-  
rijs, Adolphi Occonis nummis, ipsius den-  
ique Alctati, Junii, Broſſardi iconibus collit-  
gere, quaꝝ vt sunt exquisita ingeniorum in-  
uenta, ad orationes illuminandas, si modò bel-  
le accommodentur, plurimum habent suauitatis.

*Sextus fons inventionis, testimonia veter-  
rum.*

## C A P V T V I I I .

**V**Eterum testimonia inter argumenta re-  
mota plurimum obtinent dignitatis,  
si modò ab auctoribus fide dignis, iisque gra-  
uibus, & eruditis emanarint. Hoc est in re-  
rum confirmationibus: etiam frequens, & ple-  
rumque amentatum. Nam cum nostra, licet  
lagaciter inveniatur, refutari, refelliique pos-  
sunt liberius, sola auctorum, qui modò om-  
nian consensu magni sunt, & celebres, ob-  
seruantia tam micem elicere aſtentum, vt pu-  
dor sit difficeri, quaꝝ illa superiorum ſæculo-  
rum oracula ſuo calculo comprobarent. Hanc  
authoritatem in Theo.ogicis orthodoxi Pa-  
tres: in Philosophia Aristoteles, philologia  
omnes antiqui, & primæ classis auctores ſibi  
vendicant. Bene igitur rationi dicendi con-  
ſulunt, qui ſibi de omni re, & disciplina, gra-  
uia, ſelecta rara grauiflormum testimonio-  
rum ὑπομνήματα per locos communes dige-  
runt, quaꝝ in promptu ſemper habere poſſunt.  
& haec præſertim longe ſecurius afferuntur,  
cum ex fonte hauta, non ex riuum de ibata  
ſunt. Qui tamen varia lectionis praefidio de-  
ſtituunt, ad communes locos, quorum ſe-  
ges posterioribus ſæculis pene infinita eni-  
tuit, coguntur recurrere. Pieni ſunt varietate  
Clemens Alexand. Aристot. Plutarch. Plin. Se-  
nec. Stobeus, quos qui audiē legerunt, non du-  
biū est, quin aucteo ſeru pectus compleuer-  
int ſuum. Succedunt tot noua collectanea,  
Patrum ſententiae, Platoni γενεα, Polyau-  
thea-noua, Coccij theſaurus, ſylva alęgoria-  
rum, & qui quotid ē nafcuntur tot eruditii ſa-  
crarum literarum interpretes, in quibus mag-  
na communium locorum libertas, ſed haec in  
fonte ſemper tutiora. Iam igitur nemini teſti-  
monia deſcēre poterunt, vt verendum ſit, ne  
quod Agesilaus ille prudentissimus Impera-  
tor pronunciauit, cum machinam belli-

T. 2. belli-

Aeschyli  
in ian. Inc.Vide Sym-  
bolam impe-  
ratoria.

bellicam nimis solerter ad vsum, vel minimè  
ad iustiolorū militum excoitatam vidisset,  
nunc iure dicendum sit; *Papa virtutem suscep-*  
*tit: vos eruditī viri doctrinam peritis, im-*

*peritisque hominibus fecistis communem.*

Sed tamen in tractatione magnum est dis-  
crimen, nec ubi Achillis hasta, ibi Achillis est  
manus. Videndum est imprimis, ut testimonia  
commode, & loco dicantur, non omnes oratio-  
nes decent, ille que tota ad suavitatem, & di-  
ctionum delicias sunt composita, raro istum  
testimoniorum vsum admittunt, ita vere-  
tur de numero suo varum periodorum ambi-  
tu discedere, aut si interdum afflunt, parcē  
delibant, suntque in *uifis* potius rei, quam  
in recitatione occupatæ. Quia vero, ratio-  
num pondera, & sensus, magis quam verba  
sestantur, magni faciunt auctoritates, in quibus  
tamen tenetudis est modus, si enim ni-  
miae sint, si communes, si sine vi, & pondere  
alata, puerum magis colligentem sapiunt,  
quam virum ingeniosum.

Hic existit aliqua dubitatio, utrum Græca  
Græce referenda, carmina etiam orationi ad-  
texenda sint? Quid ad primum attinet, Deme-  
trius Phaler. in lib. quem de elocutione scrip-  
sit, eos reprehendit, qui Græcis vocibus pere-  
grinas iorniscent, & hoc ab Oratoris elegan-  
tia docet esse disiunctum. Ex qua perpetiam  
faciunt illi, qui ad eruditionis ostentationem,  
in una oratione omnia confundunt idioma-  
ta. Tiberius in senatu noluit Græcam vo-  
cem *τελευτας* usurpare, quæ tamen maximè  
necessaria videbatur. Quid igitur, qui sine villa  
necessitate Hebraicorum, Græcorumque te-  
stimoniiorum syllavam congerunt? cum satis o-  
ratores sapere videntur? In libris, commen-  
tarijs, &c ad probabilitatem, non delectatio-  
nem compositis orationibus, vbi necessitas  
exigit, si maiorem vim, & pondus oratio sit,  
habitura, istud usurpare non est indecorum,  
& in explicationibus quidem auctiorum dig-  
nitatem habet perniciem. In concionibus  
vero farrago tot peregrinarum linguarum,  
cum praesertim concio res sit popularis, non  
adeo plebeis auribus, iucunda, quæ magis  
afficiuntur, eo quod liquidius intelligunt: ita  
que Græca saepius, aut Hebraica citare, super-  
vacaneum est, nisi forte ea sint efficacitate  
dictionis, ut facilè alieno idiomate reddi non  
possint. Hoc pacto Græcum verbum se usur-  
passe in senatu cōmemorat Cicero. Phil. &  
in Pisonem habet argentum, *ειχεται*; sed

hæc quam sobria. Neque vero magis errore  
vacant, qui in gallicis concionibus, seu orati-  
onibus, latinorum prolixos locos, & com-  
munes sine villa vi, & *τερψις* coagmentant;  
Grecos etiam authores, vt Diuum Grego-  
rium Nazianz. & Chrysostomum latine lo-  
quentes inducent, cum eleganter nostrate  
lingua redderentur.

Versus porro nec multos ingeri, nec omni-  
nō excludi velim: nam qui ad excludendos  
ab oratione versus Ciceronis, & Demosthenis  
exemplum afferunt, parum mea sententia  
proficiunt. Neque enim magnopere miran-  
dum est, si in negotiosis concionibus, ubi con-  
sulto artem, & eruditionem occultant, poe-  
tarum testimonia non expromunt, qui in li-  
terario potius puluere sunt commemorandi  
quāquam insuita aliqua vestigia, vt in Orat.  
pro Muræna, & in Pisonem. Sed hæc in exor-  
natius orationibus longe commodiorem  
sortita sunt locum. Auctoratem habemus  
ex Dione Prusæo gauissimo oratore, qui  
Homericis versibus in ijs, quas sapienter,  
copiose conscripsit orationibus, vñus  
est sapissimè, quāquam quid Dionem ap-  
pello, nonne & D. Paulus in ea nobilissima  
conceione, quam de Deo Athenis habuit, Ara-  
ti illud usurpauit *Ιεροῦ γίνοντο μήτηρ*, & D. Au-  
gusti, inferni de SS. Innocent. ad populum, sen-  
tentiam illam tritat:

*Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia;*  
*crescit...*

#### Septimus Fons inventionis.

*Tvōμενος.*

#### CAPUT IX.

**T**Estimoniiorum gemmæ sunt, quæ à Græ-  
cis vocantur, *γραμμαι* dicta grauia, & sen-  
tentiosa, quorum apud veteres tanta fuit au-  
thoritas, & pretium, ut nihil ad maiestatem o-  
rationis exaggerandam putarent excitatus.  
Itaque & summam laudem meruit Thucidi-  
des, quid sententijs appositè vñus esset, & po-  
etarum viriliissimus habitus est Hesiodus, qui  
licet ad Homeri grauitatem, nec argumento,  
nec dignitate, carminis assurgat: tamen ob cre-  
bras quas habet sententias, misericordiam laudens  
apud posteros est, confecentus. His artibus  
à tenero fingi, eruditique pueros volebant,  
non modo ut ad normam virtutis surgentes  
statulam conformarent, sed etiam ad clo-  
quas.